

351

349

355

missum est eis, sed alii lapides porrigitur loco verae petrae.
Semper enim assunt dominico sepulchro custodes, qui prohibent corrodere volentes. Ideo non valet, quod illi dicunt de indiscreta devotione fidelium, qui, et si habeant illam indiscretam devotionem, tamen non admittitur eis, ut indiscrete agant.

345

360

Ex praedictis etiam patet, quod dominicum sepulchrum in principio habuit partem superiorem acutam, ita, quod quasi operculum esset, tegens tumulum cum dorso acuto, sicut fieri solent tumulorum opercula, sed fideles abraserunt illam elevationem, et operculum planum fecerunt, quasi tabulam, ut Missa in sancto sepulchro super tumbam posset celebrari.

340

400

300

Ex omnibus jam dictis de sancto sepulchro hoc teneat devotus peregrinus et pacificus, quod, sive illa spelunca, quae hodie stat, sit verum Christi monumentum et totum, sive sit pars ejus ibi, sive nihil sit ibi de eo, parum refert, sive hoc sive illud sit, quia principale ibi mansit, quod asportari et demoliri nullatenus potest, scilicet locus sanctissimae sepulturae et resurrectionis Christi, in quo loco, etsi non sit ibi Christi monumentum, in quo corpus ejus fuit positum, est tamen ibi Christi moumentum, in quo corpus ejus saepissime fuit consecratum, et priori monumento simillimum, spelunca duplex, ejusdem sanctitatis, dignitatis, et reverentiae; sicut tabulae, quas fecerat Moyses ad instar priorum, quas fregerat, eadem praecepta continebant, et ejusdem sanctitatis et reverentiae erant pro maximis et sanctissimis reliquiis in arca testamenti depositis. Et illa sufficient de sancto sepulchro.

450

250

Reperi in quibusdam antiquis peregrinalibus libellis sequentes versus, quos invenerunt lapidibus sancti sepulchri insculptos, quam tamen scripturam ego non vidi.

Ende

Anfang

Super tabulam sepulchri sic erat scriptum:

Mortuus hic jacuit, mortem dum morte redemit,

Hic leo dormivit, qui pervigil omnia trivit.

Super ostium monumenti sic scriptum erat:

Aspice plasma meum, qui transis ante sepulchrum

Quo triduo jacui, cum pro te passus obivi,

Et Behemoth dirum contrivi compede plexum.

